



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum  
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt  
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agripp., 1644**

Casus reseruati in Bulla Cœnæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41767**

immutatam vendendo, lucretur. Itē non possunt conducere aliena prædia, vel vi-  
neas, &c. ut vendendo fructus lucifa-  
ciant. Est autem mortale, nisi excusat  
paruitas materiæ, aut raro fiat. *Vide Lef-  
sium lib. 2. cap. 2.*

## CASVS RESERVATI IN Bulla Cœnæ Domini.

1 **H**æretici cuiuscumq; sectæ, eo-  
rumdem fautores, libros legen-  
tes, tenentes, aut imprimentes, & schis-  
matici.

2 Appellantes à Pontifice ad futurum  
Concilium, eorumque fautores.

3 Piratæ, atque eorum receptatores,  
& fautores.

4 Naufragorum Christianorum ce-  
iuscumque generis bona, etiam in lio-  
ribus inuenta, surripientes.

5 Imponentes noua pedagia, & g.  
bellas, vel eas augentes.

6 Falsificantes litteras Apostolicas,  
aut falsò fabricantes.

7 Deferentes arma, & alia vñi belli,  
co idonea ad Turcas, vel alios Christia-  
ni nominis inimicos: & ad Reipublicas  
Chri-

Christianæ statum pertinentia ijsdem in  
damnum Christianorum nunciantes.

8 Impedientes eos, qui victualia, &  
alia necessaria Romam conuehunt.

9 Ad Sedem Apostolicam venientes,  
vel ab ea recedentes, sua, aut aliorum  
opera lædentes, & sine iurisdictione ve-  
xantes in Curia commorantes.

10 Romipetas, ac peregrinos etiam in  
vibe morantes, vel abeuntes lædentes.

11 Offendentes S. R. E. Cardinales, &  
alios Prælatos.

12 Ad Romanā Curiā pro negotijs suis  
recurrentes, per se, vel per alios lædētes.

13 Appellantes à grauamine, vel futu-  
ra executione litterarum Apostol: ad  
laicam potestatem.

14 Executionem litterarum Apostol.  
aut aliarum expeditionum impedien-  
tes, & prohibentes ad gratias impetrان-  
das accedentes.

15 Iudices sacerdotes, qui Ecclesiasti-  
cas personas trahunt ad sua Tribunalia,  
quiique Ecclesiasticam libertatem tol-  
lunt, aut in aliquo perturbant.

16 Impedientes Prælatos, ne sua iu-  
risdictione tantur: quiique illorum, &

delegatorum iudicia eludentes, ad ci-  
riam sacerdotalēm recurrunt, aut con-  
illios decernunt, præstantesque auxiliū.

17 Vsurpantes ad Sedis Apostol. &  
quarumcumque Ecclesiastum iurisdi-  
ciones, vel etiam fructus sequestrantes.

18 Imponentes decimas, & alia onera  
personis Ecclesiasticis, Ecclesijs, Mon-  
asterijs, aut eorum fructibus.

19 Iudices sacerdotaes, qui se interpo-  
nunt in causis capitalibus, seu criminis-  
ibus contra Ecclesiasticas personas.

20 Occupantes bona, aut terras Ec-  
clesiae Romanae, & illius iurisdictionem  
vsurpantes.

## ALII CASVS SVMMO PON- tifici intra Italiam referuati.

1 **V**iolatio clausuræ monialium  
ad malum finem.

2 Injicientium violentas manus in  
Clericos.

3 Simonia realis scienser contradic-

4 Confidentialia Beneficialis.

5 Prouocantium, & pugnantium in  
duello, iuxta Concilium Tridentinum,  
& Constitutionem Gregorij XIII. cuius  
tenor habetur supra.

8 Vio-